

TEXTUM POENITENTIALIUM.

ANNI 1671.

ANALYSIS BREVISSIMA,

Cum indigatione DOCTRINARUM.

Die I. Solemnium Precum, (30. Juny.)

Parasc. I. Thess. s. v. 16. 17. 18. Expl. & add. Admonitio ex

Parasc. CONC. I. Anni sup.

Textus, Esa. 25. v. 1.

**E**xord. Exod. 15. v. 2. Dicatur breviter, cur Moses talia Epitheta Deo tribuerit, & appl. ad Textum Præsentem, in quo notetur.

I. Textus Explicatio, II. Applicatio.

I. Ubi (a) *Quis?* scil. hæc locutus est? Resp. Verba hujus versiculi tribuenda sunt fidelibus in Regno Christi, qui Cap. 24. v. ultim. Dicuntur *Seniores*. Talis enim interponenda videtur, inter hæc duo capita, translatio, qualis expressè posita est, v. 9. *& dicit in die illa,* scil: omnis fidelis; loquitur autem Vers. ult. superioris Capitis, de splendore Regni Christi, (cum in hoc tum in futuro seculo) qui tantus erit, ut, Sol & Luna, ad illum quasi erubescant, Conf. 2. Cor. 3. v. 8. seqq. *& Apoc. 21. v. 23.* Ubi Dominus Zebaoth, h.e. Messias regnabit in monte Zion & Jerusalem, quæ civitas etiam Cœlestem adumbravit Jerusalem, Apoc. 21. v. 2. *& vers. 1.* hujus Capitis, exprimit spirituale gaudium illorum, qui hujus splendoris in regno Christi participes futuri essent: quod gaudium, cum in Spiritu præviderit Propheta, ideo illud, nomine fidelium, insigni hac *δοξολογια* depingit.

(β) *Cui?* scilicet locuti sunt fideles, vel ad quem directa est hæc *δοξολογια*? Resp. ad Dominum, qui h. e. dicitur JEHOVAH, quod est Nomen magnum, Nomen benedictum, Nomen gloriosum, Nomen solius Dei, Patris, Filii & Spiritus Sancti. Conf. Exod. 3. v. 14. Apoc. 1. v. 4.

(γ) *Quid?* nimirum Jehovæ tribuant? Resp. Laudes, (1) Collocantes in eo omnem fiduciam dicendo, Deus meus Tu, h. e. Creator, Job. 14. v. 15. Redemptor, Esa. 54. v. 5. Luc. 1. v. 47. Sanctificator, Ezech. 36. v. 25. & 37. v. 28. Protector, Esa. 41. v. 10. à quo omne donum bonum, Fac. 1. v. 17. &c. (2) Deum exaltantes; exaltabo Te, h.e. gloriam tuam illustrabo, celebrabo & glorificabo, Psal. 30. v. 13. & 57. v. 9.

A

(3) Nomis

(3) N omini ejus cōfidentes; C onfitebor N omini tuo. I n telligitur autem per Nomen Dei, (a) ipse Deus, P sal. 9. v. 3. (b) quicquid nobis de essentia & voluntate Dei patefactum est, A tt. 9. v. 15. (c) mandatum Dei, J er. 14. v. 14. (d) Dci majestas, P sal. 8. v. 1. (e) cultus Dei, 1. S am. 17. v. 45. (f) Divinum auxilium, P sal. 20. v. 8. (NB. Epitheta Dei, quod Deus dicitur bonus, omniscius, omnipotens, omnipræsens, verax, &c, in Dei cognitionem nos quodammodo deducunt) H æc omnia se extollere, hic fidelium nomine promittit Propheta.

(d) C ur? Q uia (i) Fecisti mirabilia. Notandum autem quod m i-  
m bili a latius p atent quam miracula: illa enim dicuntur, quæcunque  
rationis humanae captum excedunt, sic mirabilis est Dei sapientia, po-  
tentia, mundi gubernatio, conservatio; H æc verò quæ communem na-  
ture cursum excedunt, quæ quidem h ic in genere indigitari possunt;  
sed præcipue intenditur illud m irabile, quod Deus deleturus esset  
Synagogam Judaicam, cum regibus gentilibus verbi, sui hostibus,  
ut patet ex v. 21. C ap. p ræced. (ubi per Exercitum C elstudinis, intelligi-  
tur populus Judaicus, C onf. M att. 11. v. 23. & per R eges terra e, R eges  
gentium, Ecclesiæ hostes, quales Babylonii, C onf. v. 2. hujus C apitiū.  
C um A poc. 14. v. 8. & 18. v. 2.) O bservandum autem quod v ers. 2. & 5.  
hujus C ap: loquantur de delendis incredulis, sed v ers. 3. 4. 6. & seqq. de  
illuminandis & ad Ecclesiam Dei recipiendis.

(2) Q uia C onfilia tua à longè Fides & Veritatem, h. e. F ro-  
missiones tuæ, quibus p atefecisti nobis æterna tua confilia, de hostium  
nostrorum deletione, & nostrâ protectione fideles sunt & constantes,  
add. ex N hem. 9. v. 8. E sa. 37. v. 33, 37. L ue. 1. v. 68. & seqq. &c.

II. A pplic. 1. Ex (a) M ore fidelium in regno Christi, quorum  
nomine Propheta laudes Dei decantat simus semper prompti in lau-  
des Dei, præcipue hisce diebus, qui precibus & laudibus destinati sunt.

2. Ex (b) J ehovah est semper & ubique præsens. Ergo eum al-  
loquamur, ad eum suspiremus, ei supplicemus. Adde dicta & exempla.

3. Ex (γ) E t quidem (1) nunquam dimoveamur ab ea fiducia  
qua dicimus Deus meus es tu; imo re ipsa in omni angustiâ ostende-  
mus nos in eum omnem fiduciam collocasse.

4. Ex (2) & (3) & nos Deum exaltabimus, nomini ejus confiten-  
tes, did. dictis tam citatis quam aliis & exemplis.

5. Ex (δ) E t quidem (1) Considerantes mirabilia Dei & nos exci-  
tabimus ad agnoscendam ejus omnipotentiam, paternam curam &c.  
appl. ad varia & did.

6. Ex (2) Promissiones divinę nos semper erigant. NB. quod calamitates contra quamvis habemus promissiones, exempla comprobantia, non tantum pristina sed & moderna, did. & adde ubique dicta & exempla.

## CONCIO II.

Paraf. Psal. 144. v. ult. Expl: & appl. ad text.

Textus, Deut. 33. v. 26. 27. 28. 29.

Exord. Idem, quod sup. anno die 1. Conc. 2. ad text. 2. Tim. 3. v. 1.  
seqq. in Textu Not. I. Explicat. II. Applicat.

I. Continetur hisce verbis prælectis Conclusio Benedictionis, quā Moses jam morti vicinus, omnibus tribubus Israël benedixit, leg. v. 1. 2. 3. 4. &c. in quā

(α) Deum à potentia & benevolentia laudat, v. 26. non est sicut Deus fortissimi, (in Hebr. rectissimi, vel in fide fortissimi, Jacobē scil. Gen. 32. v. 26. cuius posteri sunt omnes Israëlitæ) Ascendens cœlos, (juxta text. Hebr. Equitans cœlos, quā equitatione innuitur tām gloriosa Dei operatio, que in cœlis exeritur in tempestatibus, & alias, Psal. 68. v. 34. quam celeritas in exequendis judiciis, Psal. 18. v. 11. Esa. 19. v. 1.) in auxilium tui, i.e. ut sit tibi auxilio, han vari tūn hielp/Exod. 14. v. 30. 2. Sam. 8. v. 6. 14. Et in magnificētia sua nubes superiores, scil. equitans, hans Hårligheet är i Skynn/ inclarescit autem hæc Dei magnificētia potissimum in iride Gen. 9: v. 14. in grandine, Ex. 9. v. 23. in imbre & fūgore, Job. 8. v. 25. in tonitru, 1. Sam. 7. v. 10. &c.

(β) Dei protectionem Israelitis in occupandā terrā Cananæorum exoptat, v. 27. Habitaculum Dei aeternum Ḧhet är Gudi; Höning aff Begynnelsen/ (Hebr. text. tugūrium Deus aeternitatis, h. e. Deus aeternus erit populo Israëlico protectio, vel proteget populum suum velut tugurium defendit habitatores suos ab injuriā Cœli, ex quo tugurio vigil prospiciens vineam, vel agrum à prædatoribus defendit) & Brachia aeternitatis (æterna vel sempiterna) subter och hans Armar ärō här neder ewinnerliga/ h. e. Brachia Dei infatigabilia sustentare populum Israël, Con. Esa. 59. v. 16. Luc. 1. v. 51. Sicut enim infantes tu-ti sunt in sinu materno, & pulli sub alis galline, 1. Reg. 17. v. 19. Matth. 23. v. 37. Ita Populus Dei sub Brachiis altissimi, Exod. 6. v. 6. Judit. 9. v. 11. Et ejiciet à facie tuā inimicum nimirū Cananeos, & dicet disperde. (in Hebr. text.) dele & extirpa. Jos. 11. v. 21. 22. 23.

**V. 28.** Et habitabit Israël confidenter solus, fons Jacob, in terrā frumenti & vini, & celi stillabunt rorem. h. e. Populus Israëliticus, qui est q: rivus deductus à Jacob, qui fuit fons, confidenter, tutò, & sine omni metu, solus & non permixtus aliis gentibus habitabit & feliciter aget in terrā frumenti & vini feracissima, Leg. Psal. 65. v. 10. seqq. & add. Promissiones infinitas de terrā Canaan possidenda.

(γ) Felicitatem illorum deprendat, victoriam promittens, v. 29. *beatus es Israël*, scil. ob predictas prerogativas, & singularia Dei beneficia, vers. sup. *Quis (in omni mundi angulo) sicut tu popule, (quoad beneficia Corporalia & Spiritualia à Deo praestita Conf. Psal. 147. v. 12. 13. 19. 20. hinc additur) qui salvare per Jebovam, scutum auxiliū tui, & gladium Excellentiae tuae,* per gladium paratur gloria & pax. Conf. Psal. 18. v. 2. 3. & Jer. 33. v. 16. humiliabuntur (in Hebr. mentientur, quia qui humiliantur & subjiciuntur, præ metu multa mentiuntur, Conf. Psal. 18. v. 45. & 66. v. 3. ubi eadem vox mentiendi occurrit) inimici tui, & tu supra excelsa eorum calcabis. h. e. omnes qui oderant te, quicunque fuerint, subjicientur tibi, urbes eorum munitas & propugnacula vinces & occupabis, leg. liber Josue à Cap. 6. ad 14. Hæc Felicitas populi Israëlitici temporalis præfiguravit etiam felicitatem spiritualem, de qua suprà, ex Psal. 147.

**II. Applic.** Facile à Dn. Concionatoribus diduci potest, præcipue ex v. 26. excitandi auditores ad extollendam Dei potentiam cui nullus Deorum similis, qui solus altissimus super omnem terram Psal. 83. 19. qui in cœlis habitat &c. Item ad celebrandam magnificentiam ejus in nubibus & tempestatibus sese ostendentem; exorandam ejus bonitatem, ut ita velit nubes dirigere, ut etiamnum pluviam terris demittant fœcundam & utilem. *did.*

Ex v. 27. Consolationem habemus quod Dei tugurium inter nos, ubi nobis benedicit Exod. 20. 24. Custodit & defendit. Vide Psal. 46. *did.*

Ex' v. 28. Gratię Deo agende pro pace & tranquillitate, pro sustentatione, frumento &c.

Ex v. 29. Agnoscenda Dei bonitas, à quâ redundant ad nos beneficia corporalia & spiritualia, salus, victoria &c. Quis ergo sicut nos h. t. quorum Deus in Cœlis habitat &c. cuius magnificētia in nubibus &c. *beatus ergo populus &c.* Ps. 144. ult.

Die II.

Die II. solemn. prec. (28. Julii)

Paraf. Syr. i. v. 34. & seqq. leg. Expl. appl.

Textus Osea 7. v. 14. 15. 16.

Exord. 2. Macch. 9. v. 24. seqq. Expl. de Hypocrisi cavenda,  
& appl. ad Text. in quo 1. Text. expl. 2. Appl. Not.

I. Quo tempore vixerit hic Propheta, patet ex Cap. i. v. 1. que autem rerum facies tunc temporis fuerit in regno Juda & Israël, legatur 2. Reg. 14. & seqq. Capitibus. Quænam peccata taxaverit hic Propheta, videre est ex Cap. antecedentibus; in hoc v. Cap. hæcce corripit, scil. Peccatorum multitudinem, v. 1. Securitatem, v. 2. Idolatriam, v. 3. Adulteria, v. 4. Ebrietatem, v. 5. Libidinem sacrificandi idolis, v. 6. Inobedientiam, v. 7. Communionem cum gentibus & Impenitentiam, v. 8. Hinc poenas & supplicia denunciat à v. 9. & seqq. Causæ verò horum suppliciorum, præter eas, quæ ab initio enumerantur, duæ in hoc textu assignantur & texantur, nimirum.

(a) Pietatis simulatio: v. 14. neque clamarunt ad me in Corde suo, h. e. ex animo, ejulaverunt, vel ululaverunt more brutorum, in cubilibus suis, h. e. privatum in lectis suis. potest etiam h. l. per cubile vel lectum intelligi locus idololatriæ destinatus, sicut Esa. 57. v. 7. 8. propter frumentum & mustum congregant se. h. e. in precibus illorum (vel potius ejulantibus eorum) ipsis potissimum cure est, quomodo Deo commendent frumentum & mustum; unde commessari possunt: pricipue annonæ Caritatem deprecantes, aliaque externa mala. De causâ autem omnium malorum, nimirum Peccatis, quomodo illa evitentur, non sunt solliciti. Recesserunt à me, (juxta Hebr. text. rebellant contra me) h. e. Flocci faciunt omnes admonitiones, &c. Esa. 31. v. 6. Jer. 3. v. 12, 13, 14.

(b) In Deum beneficium ingratitudo, v. 15. 16. erudivi eos. Hunc populum Israëliticum quomodo Deus erudiverit, ostendendo se esse ipsius Deum, & sibi hunc pop. tanquam peculiare peculium elegisse, præter Psal. 95. v. 7. Manifestum est ex infinitis miraculis, paternâ curâ, divinâ providentiâ, promissionibus innumeris, variis apparitionibus, &c. add. dicta, & exempla. roboravi eos. ((In Hebr. roboravi brachia eorum, h. e. adauxi vim & robur eorum, ea enim est significatio. Brachii, 1. Sam. 2. v. 31. Job. 22. v. 9.) & tamen contra me cogitaverunt malum. h. e. per omnia mihi inobedientes & mandatis

meis, Deut. 32. v. 15. inobedientes prophetis meis, Jer. II. v. 3 - 8. & 18.  
v. 18.

V. 16. Revertuntur non ad excelsum, h. e. Deum, qui verè excelsus est, Psal. 95. v. 3. sed ad Idola, sicut Jehu, 2. Reg. 10: v. 28. 29. 31. hinc bene vertitur, the omvende sigh iffe rätteliga! sunt tanquam arcus dolosus: arcus enim ubi intenditur vel ad dextram vel ad sinistram, tum non rectè collimat; sic illi recedentes à mandatis divinis, did. ex hoc proph. & ceteris. Item, arcus tensus, sàpè remittit, & scopum non attingit, sic impii, qui in bono verè ramissi sunt: de quibus Psal. 78. v. 57. &c.

II. Appl. I. Ex (α) Fugienda hypocrisia, non labiis tantum Deum invocemus, sed ex corde tendant suspiria & oratio ad Deum. Seria E. res erit nobis cultus divinus, orandus Deus ardenter, sapienter, humiliter, confidenter, perseveranter did. & adde exempla tam devote Deum invocantium quam hypocitarum & horum pœnas. Syrac. I. 38. Prog. I. 24. Matth. 7. 21.

2. Ex (β) Fugienda ingratitudo, Deploranda hoc seculo hominum perversitas, tot namque beneficiis à Deo cumulamur, & tamen de gratitudine sive verbis sive opere declaranda nihil quicquam sumus solliciti, quin potius plurimi cogitant malum contra illum. did.

3. Ex v. 16. Non simus tanquam arcus dolosus, sed serio ad Deum convertamur. Vera agenda penitentia, non hypocritica. Nec differatur usque senectutem, vel mortis horam &c.

4. Ex eodem convertamus nos ad Deum, qui excelsus est, non ad idola, non ad superstitiones, non ad pythonissas Exemplo Saulis. 1. Sam. 28. 7. 1. Cor. 11. 13.

5. Poenæ hypocriseos, inobedientie & ingratitudinis præter ceteras sunt gladius hostium, devastations regionum, subversiones, urbium, captivitas. &c.

## CONCIO II.

Paraf. Mich. 6. v. 8. Expl. & Appl. ad text.

Textus, Zeph. 2. v. 1. 2. 3. *Concilio syn*

Exord. Jer. 18. v. 7. 8. expl. & appl. ad textum, in quo Not. I. Textus Expl. & II. ejusdem Appl.

1. Vixit Propheta Zephania tempore Jeremiæ, paulo ante captivitatem. Prædictus autem urbis Hierosolymæ & totius Regni Jud. exci-

excidium, propter atrociam peccata, Cap. 1. In hoc v. textu ex Cap. 2.  
svadet resipiscientiam, sc. v. 1. 2. 3. jam prelectis: in seqq. ver. s. subjun-  
git in levamen tristium vaticinium contra Philisteos, Moabitas &  
Ammonitas, contra Aethiopes & Assyrios, & Cap. 3. redit ad Judaeos  
increpans eorum obstinaciam, à v. 1. addens postea à v. 9. promissio-  
nes Evangelicas.

Hicse autem verbis (α) Revocat à viâ pravâ omnes pec-  
catores supinos & tumidos, v. 1. Convenite, Congregamini.  
text. Hebr. Emphaticus est, & vertitur: scrutamini vos ipsos, & scruta-  
minit, vel excutite vos ipsos, iterumque excutite, sensus est: Excute  
vos, inquirite prius privatim in vos ipsos, vestrosque mores pravos,  
sic etiam monet Apostolus 1. Cor. 11. v. 31. Iterumque excutite h. e. etiam  
in alios inquirite, ut tanto melius alter alterum de suis delictis com-  
monefacere, & ad frugem revocare possit. Proinde in loco publico  
convenite, & gratiam Dei, peccatorumque remissionem unanimi voce  
& conjunctis suspiriis imploratè, prout habent versiones reliquæ: fôr-  
sambler eder och kommer hñt. Gens non amabilis, h. e. quæ propter a-  
trocia peccata & continuatam impenitentiam à Deo aversa, amari  
non potes, priusquam verâ pœnitentiâ juxta Prophetarum monita  
ad Deum convertaris: did. ex Esa. 1. v. 16. Jer. 3. v. 22. &c.

(β) Addit causam hujus revocationis, v. 2. antequam de-  
cretum pariat diem, in quo eritis ut gluma qua transit, q. d. parate  
vos in occursum Domini, cum non dum parit, seu in lucem edit Decre-  
tum sive statutum, quod pœnis veluti prægnans Deus fecit, easque jam  
parturit. Ut enim partus habet tempus maturascendi legitimum, ac  
nature legibus definitum; Ita Deus, et si certò punire jam decrevit,  
sententiam tulit & statutum mente concepit; aliquandiu tamen sen-  
tentiam differt, ut det locum pœnitentie, quam si prorsus renuant im-  
pii, jam maturescit iniquitas apud homines & pœna apud Deum, Conf.  
Gen. 15. v. 16. Jer. 18. v. 7. 8. Occurrите ergo venienti Deo, ne vos ut  
glumam transire faciat, & vos à puro tritico, h. e. verè piis removeat,  
imò ipse Dies, dies sc. iræ est propinquus, & ut palea à vento fertur ra-  
pidissime, sic ille adhuc celerius irruit, leg. cap. 1. v. 14. 15. Cum quibus  
sequentia hujus versiculi secundi verba conferantur, & melius patebit  
eorum sensus. Ecce vos conuictum oportet regnare

(γ) Adhortatur peccatores humiles & timidos, ut & illi  
plane ad frugem redeant actâ sc. seriâ pœnitentiâ, v. 3. Querite Je-  
hovam

bovath om̄es humiles terræ: est autem querere Iehovam, (1) Deum consulere, Exod. 18. v. 15. 2. Reg. 22. v. 13. (2) Deum studiose colere, 2. Chron. 14. v. 4. & 26. v. 5. (3) Opem divinam implorare, 2. Chron. 20. v. 4. seqq. Esa. 15. v. 6. om̄es quidem significationes huc quadrant, sed præcipue duæ posteriores; Per humiles hic non propriè intelliguntur (1) abjecti & infimæ sortis homines, Conf. Iac. 1. v. 48. Phil. 2. v. 8. neque (2) humiliati & alterius potestatē agnoscentes, Jud. 3. v. 30. sed (3) & præcipue contriti corde & remissionem peccatorum sollicitè petentes, 1. Reg. 21. v. 29. 2. Chron. 12. v. 6. 7. Humiles Terra, h.e. quotquot estis in hac terrâ, nimirum Judea, mox à Chaldais occupandâ. Qui judicium ejus (Dei sc.) operati estis. h. e. qui præcepta ejus diligitis, (ut habent versiones ferè omnes:) qui neminem læditis, & suum cuique tribuitis. Querite justitiam, h. e. perfectam illam per Messiam in promissionibus divinis factam, eandemque vitâ vestrâ inculpatâ omnibus notam facite. Querite humilitatem, quæ Deo grata, Gen. 18. v. 27. Jud. 6. v. 15. Judith. 4. v. 7. quæque sæviriam mitigat, Gen. 33. v. 3. & 50. v. 17. 18. 19. Ut abscondamini in Die furoris Domini. h. e. ut sentiatis mitigationem pœnarum, vel forti animo summâque cùm patientiâ cādem tolerare possitis, & in consolacionem horum contritorum, subjungit vaticinium contra vicinas gentes, à v. 4. ad finem Capitis.

II. Applic. Quæ hic difficilis non est, Ex v. 1. namque necessariam habemus admonitionem, ut quisque quam diligentissime excusat vitam suam, commonefaciant om̄es se invicem ut ad frugem revertantur, non sint ex eorum numero quos David describit Psal. 36. 1. leg. Hoc unice agant ne sint gens non amabilis. did.

Ex v. 2. Adhortatio suboritur valde necessaria, quomodo seria pœnitentiâ antevertamur iram Dei & atrocissimas pœnas in peccati perseverantibus infligendas. Ne ergo maturescere sinamus peccata &c. did.

Ex. v. 3. Quomodo furorem iræ Domini evitare possumus, nempe queramus in tempore Deum, operemur judicium ejus, queramus justitiam & humilitatem. did. singula &c.

Die III.

Die III. Solemn. Prec. (25. Aug.)

C O N C I O I.

PARAF. *Esa. 38. v. 27. Explic. & Appl.*

Textus, *Psal. 42. Totus.*

Exord. *Matth. 26. v. 35. 70. 72. Conf. Psal. 30. v. 7. 8. & appl. ad text. in quo, quia prolixior, per brevis notetur ejus I. Explicatio, II. Applicatio.*

I. David in exilio oberrans propter persecutionem Saulis, conqueritur de animi sui dolore, de insultationibus inimicorum, de exilio ac ærumnarum gravitate, immiscens hisce querimoniis consolationes pro affectuum varietate, quam pii experiuntur ex ærumnarum consideratione & Spiritus Sancti gubernatione. Occurrit autem hic observand.

(α) Titulus, qui ostendit hunc Psalmum à Davide traditum esse Filiis Korachi (quorum magister in Choro symphonico fuit Heman, *i. Chron. 7. v. 33. & 26. v. 4. 5.*) ut decantaretur.

(β) Querela, (1) de dolore animi & prohibitione introeundi in sacrum tabernaculum, quæ hic illustratur à simili: à cervo fitiente, & aquas avidissimè desiderante, cum scil. eum persequitur venator, *v. 2. 3. conf. Psal. 63. v. 2. 3.*

(2) De lachrymis, de exprobationibus ac insultationibus inimicorum, *v. 4.* De lachrymis *Conf. Job. 3. v. 24. Psal. 80. v. 6. & 102. v. 10.* De fannis inimicorum, *Psal. 3. v. 1. 2. add. 2. Sam. 16. v. 7. 8.*

(3) De mutatione status pristini felicis in modernum infelicem, *v. 5. Conf. Psal. 84. v. 2. 3. & 96. v. 6. 7. 8. 9. add. Exod. 23. v. 14. seqq. Deut. 16. \*de tribus festis.*

(γ) Cohortatio animæ ad tristitiam fugandam, & fiduciam in Deum collocandam: & quidem eleganti apostrophe. *v. 6. conf. Psal. 27. v. ult.* Ex verbo autem Dei consolationes haurimus præsentissimas, adeo ut ipsam Dei faciem sàpè videamur videre. *conf. Psal. 4. v. 7. & 31. v. 17. & 67. v. 2. & 119. v. 135.*

(δ) Repetitio querimoniæ de animæ dolore: (1) ex recordatione Dei, cultusque divini, *v. 7. conf. Psal. 27. v. 4.* exaggerat autem

autem exilii sui molestias à timore; quo percusus à montibus ad fluvios discurrere cōgebatur, (vel sibi imaginabatur.)

(2) Ex magnitudine & gravitate ærumnarum, quas fluctus & inundationes appellat. v. 8. Conf. Psal. 107. v. 23. seqq.

(ε) Spes immota in Deum ejusque promissiones v. 9. Conf. Psal. 13. v. 6. Hanc excipit devota oratio, quæ Deo & suam in eum fiduciam, & calamitatum gravitatem proponit, v. 10. & 11. Conf. Psal. 18. v. 2. & 13. v. 3.

(?) Redit ad cohortationem animæ; v. 12. de qua, vid. sup. v. 6.

II. *Applic.* 1. Ex (β) Prohibitio intereundi templum Domini summa infelicitas est, maximique omnino causa doloris.

2. Ex eod. variè piorum sunt tribulationes & miserie, afflictiones, tentationes, adeo sēpe planè à Deo rejecti videantur.

3. Ex (γ) Fiduciam semper in Deum collocemus in omnibus miseriis & angoribus animi, v. 3. 6. 9. 10. 12. did.

4. Ex (ε) Spes immota in Deum cum oratione devota semper sit conjuncta, v. 7. & 10.

5. Ex (?) Summa beatitudo videre faciem Dei. v. 3. & 12.

## C O N C I O II.

*Paraf.* Psal. 18. v. 7. did. & appl.

*Textus,* Psal. 72. v. 1. 2. 3. 4. 5.

*Exord.* 1. *Tim.* 2. v. 1. 2. *expl.* & *appl.* ad *Textum*, in quo Not. ejus *I. Explicatio*, *II. Applicatio*.

1. Continet hīc Psalmus 72. Prophetiam de Regno Christi, cuius typus fuit Regnum Salomonis: primò ergo videndum quomodo Psalmus conveniat Salomoni; Deinde quomodo applicari possit, ad Christum. In verbis autem prælectis, occurrit Notand.

(α) Titulus, qui continetur hac voce Salomo, vel Salomonis quasi memoriale Salomonis. Quippe David, jam morti vicinus, filium Salomonem successorem constituit, & in Regem ungi jussit. Reg. 1. v. 39. 1. Chron. 29. v. 22. & hunc Psalmum quasi memoriale filio suo reliquit, quo non tantum ei novum honorem regium gratulatur, sed etiamhortatur ut eum frequenter meditaretur, ut memoria futuri

futuri Messiae, cuius typum ipse gerebat, nunquam ex ipsis animo elaberetur.

(β) Pro Rege precatio. v. 1. *Deus iudicia tua Regi da, & iustitiam filio Regin:* per iudicia, sicut & per iustitiam, inuitur h. l. regia autoritas & peritia judicandi ac gubernandi secundum præcepta, leges & statuta Dei, quæ & ipsa iudicia dicuntur, ut ex *Psal. 119. passim* videre est. De adventu Messiae applicari potest hæc precatio hoc modo: Fac ô Deus manifestari mundi Messiam, *1. Tim. 3. v. 16.* Constatetur eum Regem in Monte Zion, *Psal. 2. v. 6.* Committe ipsi omne iudicium, *Job. 5. v. 22. 27.* add. *Jer. 23. v. 5. 6.* *Dan. 7. v. 14.*

(γ) Ejus administratio. v. 2. *Judicabit populum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.* Virtus enim verè regia est *iustitia,* *Prov. v. 4.* *Justitia & pietas fortes sunt Principis arces:* Justus erit Rex omni populo, in specie autem erga pauperes, qui hic nominantur, & regio subsidio & protectione maximè indigent. Ad Christum ubi hæc applicantur, tum addi possunt præclarata dicta, ex *Esa. 11. v. 4.* *Jer. 23. v. 5. & 33. v. 15.*

(δ) Pacis propugnatio, v. 3. *ferent montes pacem populo, & colles in iustitiam.* Montes ac Colles ut plurimum steriles sunt, quod autem hic pacem ferre dicantur, eo ipso notatur pacis copia; quod scil. pax per omnes terræ partes diffundatur, *in iustitia* dicitur pax adferenda, quia nulla vera pax est, quæ iustitiam non habet comitem. Salomon autem quām pacificus fuerit, & quomodo alma pax ejus tempore viguerit, claret ex *1. Reg. Cap. 2. & seqq.* Ad Christum appl. vere enim Montes & Colles fructus suos nimirum pacem, *in iustitia* tulerunt, quomodo Evangelium omni creaturæ, etiam gentibus prædicatum, fructum ubique protulit, de quo gloriatus est Apostolus, *Rom. 15. v. 19.* *Col. 1. v. 6. &c.*

(ε) Oppressorum elevatio, & malorum depresso, v. 4. *Judicabit pauperes populi.* pii enim & cordati Regis est, bonos fovere & malos punire. *Parcere subiectis & debellare superbos;* Exemplo nobis est Salomon, quod docet tota ejus historia, Christus autem quomodo tristes est consolatus, monstrant vaticinia Prophetarum, & comprobant tota historia Evangelica.

220 (2) Regis veneratio, v. s. Timebunt te cum Sole &  
Luni, &c. Hac quomodo applicanda Salomoni, tum etiam ipsi  
Christo, consulatur itidem Historia Salomonis & monumenta E-  
vangelistarum.

II. Appl. 1. Ex (α) Quemadmodum David hic regium hono-  
rem Salomoni latetabundus gratulatur, ita nostrum est agnoscere hoc  
maximum Dei beneficium, quod pium magistratum nobis clemen-  
ter concederit. did. Et adde exempla cum primis Salomonis 1. Reg.  
4. seqq. David. 2. Sam. 24. 17. Josaphat. 2. Cbr. 6. 7. Et contraria ut-  
pote Pharaonis Ex. 5. 6. & aliorum &c.

2. Ex (β) De officio nostro erga magistratum admonemur.  
did. & confer. Conc. 2. die 2. Rogat. Anno 1669.

3. Ex (γ) Et nos supplices Deum orabimus, ut justitia in no-  
stro regno vigeat una cum pietate. Psal. 85. 11. seq. did.

4. Ey (δ) Et seq. admonemur de regno Christi; de ejus ad-  
ministratione, de justitiâ quæ in illâ viget, de consolatione paupe-  
rum; & denique de ejus duratione. did.

F I N I S.

